χρῆσθαι δὲ καὶ λουτροῖσι καὶ θερμολουτήσι, καὶ ῥαθυμήσιν. ἥλιον δὲ καὶ ψῦχος, φυλασσέσθω. Ἢν δὲ ἐν τῷ ὕπνῳ ἐσθίειν δοκῇ, ἢ πίνειν τῶν σιτίων ἢ πομάτων, ἔνδειαν σημαίνει σῶματος. καὶ ψυχῆς ἀθυμίην. κρέα δὲ τὰ μὲν ἰσχυρότατα, μεγίστης ὑπερβολῆς. τὰ δὲ ἀσθενέστατα, ἥκιστα. ὡς γὰρ τὸ ἐσθιόμενον ἀγαθὸν, οὕτω καὶ ὁρώμενον. ἀφαιρέειν οὖν τῶν σιτίων, ξυμφέρει. τεκμήριον γὰρ ὑπερβολὴν τοῦτο σημαίνει. ἀλλὰ καὶ ἄρτοι τυρῷ καὶ μέλιτι πεποιημένοι κατ' ὕπνους ἐσθιόμενοι, ὡσαύτως σημαίνουσιν. ὕδωρ δὲ καθαρὸν πινόμενον, ἀγαθόν. τὰ δὲ ἄλλα πάντα, βλάπτει. Ὁκόσα δὲ δοκεῖ ἀνθρώπῳ θεωρεῖν τῶν σκιάθων, ψυχῆς ἐπιθυμίην σημαίνει. ὁκόσα δὲ φεύγειν πεφοβημένος, ἐπίσασιν τὸ αἷμα τῆς σημαίνει ὑπὸ ξηρασίης. ξυμφέρει δὲ ψύχειν καὶ ὑγραίνειν τὸ σῶμα. ὁκόσα δὲ ἢ μάχεται, ἢ κεντέεται, ἢ ξυνδεῖται, ὑπ' ἄλλου, ἀπόκρισιν σημαίνει ὑπεναντίην τῇ προειρημένῃ τοῦ σώματος. συμφέρει οὖν ἐμεῖν καὶ ἰσχαίνειν καὶ περιπατεῖν. καὶ σιτίοισι κουφοῖσι χρῆσθαι. καὶ προσάγειν ἐκ τοῦ ἐμέτου, ἐς ἡμέρας πέντε. ἀλλὰ καὶ πλαίοι καὶ ἀναβάσιες ἐν φαντασμάτων, χαλεπὰ τούτα σημαίνουσι. ποταμοῦ διαβάσιες καὶ ὁπλῖται καὶ πολέμιοι. καὶ τέρατα ἀλλόμορφα, νοῦσον σημαίνει, ἢ μανίην. ξυμφέρει οὖν τοῖς ἐν τοιούτοισιν ἀλωμένοισι, σιτίοισιν ὀλίγοισι, κουφοῖσί τε καὶ μαλακοῖσι χρέεσθαι. καὶ ἐμέτοισι προσάγειν ἡσυχῇ, ὅτι ἡμέρας πέντε. καὶ τοῖσι πόνοισι τοῖσι κατὰ φύσιν πολλοῖσι χρέεσθαι, πλὴν ἀποδείπνου. θερμολουσίην δὲ, ῥαθυμίην, ψῦχος, ἥλιον φυλάσσεσθαι. τούτοισι χρώμενος, ὡς γέγραπται, ὑγιαίνει τὸν βίον. καὶ εὕρηται μοι δίαιτα, ὡς δυνατὸν εὑρεῖν ἀνθρώπῳ ὄντα ἐν τοῖσι θεοῖσιν.

Balneis etiam & calidis lauacris vtendum, & in ocio degendum, sol & frigus vitanda. Per somnum verò si quis solitos cibos aut potus sibi edere videatur, alimenti inopiam, animique abiectionem indicat. Carnes autem validissimæ, maximæ exuperantiæ indices sunt, debilissimæ verò, minoris. Quemadmodum enim id quod editur bonum est, ita & quod cernitur. Cibos igitur subtrahere conuenit, cùm alimenti exundantis id sit indicium. Quinetiam panes ex caseo & melle confecti, per somnum comesti, eadem indicant. Aquam puram per somnum bibere, bono est indicio, reliqua verò omnia nocent. Quæcunque ex consuetis per quietem quis sibi cernere videtur, ea animi desiderium significant. Quæ verò perterritus fugit, sanguinis repressionem præ siccitate indicant. Corpus autem refrigerare & humectare conducit. Quod si quis aut pugnare, aut pungi, aut ab aliis vinciri sibi videtur, secretionem ambitui contrariam in corpore factam significat. Vomere igitur confert & attenuare, ac deambulare, cibisq; leuibus vti, & a vomitu per dies quinque, eos sensim adhibere. Qum & errores & ascensus in somnis apparentes, grauia quædam denuntiant. Fluuiorum transitus, hostes armati, monstra difformia, morbum aut furorem præsagiunt. His igitur conducit qui talibus insomniis detinentur, vt cibis paucis, leuibus ac mollibus vtantur, & vomitibus factis, ad dies quinque leniter cibos adhibeant. Laboribus quoque multis naturæ accommodatis vtendum, præterquàm à cœna. Balnea calida, ocium, frigus & sol vitanda. Qui his velut conscripta sunt vtetur, integram valetudinem sibi tota vita comparabit. Atque hæc victus ratio, quantum humano ingenio consequi licuit, Diis benè iuuantibus, à me est inuenta.

# ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΡΟΦΗΣ.

# HIPPOCRATIS DE ALIMENTO, LIBER.

Τροφὴ καὶ τροφῆς εἶδος, μία καὶ πολλαί. μία μὲν, ἢ γένος ἓν. εἶδος δὲ, ὑγρότητι καὶ ξηρότητι. καὶ ἐν τούτοισι ἰδέαι, καὶ πόσοι ἐστὶ, καὶ ἐς ὅσα καὶ ἐς τοσαῦτα. αὔξει δὲ, καὶ ῥώννυσι, καὶ σαρκοῖ, καὶ ὁμοιοῖ, καὶ ἀνομοιοῖ τὰ ἐν ἑκάστοισι κατὰ φύσιν τὴν ἑκάστου, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναμιν. ὁμοιοῖ δὲ, ἐς δύναμιν. ὁκότερα κρατέει μὲν, ἢ ἐπιοῦσα. ὁπότερα κρατεῖ δὲ, ἢ προϋπάρχουσα. γίνεται δὲ καὶ ἀξίπλοος. ὅτε μὲν, ἡ προτέρη ἐν χρόνῳ ἀπολυθεῖσα, ἢ ὁπὸ προτέρης. ὅτε δὲ, ἡ ὑστέρη ἐν χρόνῳ ἀπολυθεῖσα, ἢ ὁπὸ προτέρης. ἀμφοῖν δὲ ἑκατέρας ἐν χρόνῳ καὶ μετὰ χρόνον ἢ ἔξωθεν συνεχὴς ἐπεισκριθεῖσα, καὶ ὁπὸ πολλὸν χρόνον φερομένη πᾶσι τοῖσι μέλεσι ἀμπλακεῖσα. καὶ τὴν μὲν ἰδίην ἰδέην, ἐξεβλάστησε· τὴν δὲ προτέρην, ἔστιν ὅτε καὶ τὰς προτέρας ἐξημάρωσε.

ALIMENTVM & alimenti species, vnum & multæ. Vnum quidem, quatenus genus vnum, species verò humiditate & siccitate circumscribitur, in hisque formæ & quantitas inest, & ad quædam, & ad tanta referuntur. Auget autem & robur infert, carnem gignit, similitudinem & dissimilitudinem in singulis pro cuiusq; natura inducit, & ea facultate quam habet ab initio. At similitudinem pro viribus inducit, cùm quæ superuenit superat, quæ verò priùs adest principatum obtinet. Euanescit autem interdum quidem priùs, tempore dimissum aut superappositum, interdum verò posterius, tempore dimissum & superappositum. Extrinsecus verò continuò in corpus subiens, vtrunque temporis spatio, & post illud tempus abolet, & longo tempore membris omnibus firmiter adnexum, propriam quidem formam producit, priorem autem, interdum etiam priores delet.

Alimenti verò vis ad os & omnes illius partes, pertingit, & ad neruum, ad venam, ad arteriam, ad musculum, ad membranam, ad carnem, pinguedinem, sanguinem, pituitam, medullam, cerebrum, medullam spinalem, & interanea, omnesque illorum partes, quinetiam ad caliditatem, ad spiritum, & ad humiditatem. In alimentorũ genere id quod alit alimentum est, & quod alimento est proximum, & quod alimentum futurum est. Omnium autem vnum est principium, vnusque omnium finis, idemque finis & principium. Quæque in singulas partes proba & vitiosa alimenti fit dispensatio, proba quidem vt præ-
10 dictum est, vitiosa verò, his contrarium habet ordinem. Succi coloribus & viribus variant, & qui noceant, & qui iuuent, & qui neque noceant, neque iuuent, & copia, & exuperantia, & defectu, & horum quidem commixtione, horum verò non & omnium. Caliditate lædunt & iuuant, frigore lædunt & iuuant,
1 facultate lædunt & iuuant. Facultatis autem variæ sunt naturæ. Succi & totum, & partem corrumpentes, & extrinsecus, & intrinsecus, spontanei & minimè spontanei. Quò ad nos quidem spontanei, quo ad causam autem minimè spontanei. Causæ rursus aliæ quidem manifestæ, aliæ obscuræ, & aliæ quidem quæ
20 sciri possunt, aliæ non possunt. Natura omnia omnibus sufficit. Ad eam extrinsecus quidem accedunt, caraplasma, illitus, vnctio, nuditas & tegumentum totius & partis, calor & frigus ad eandem rationem, & vlceratio, morsus, & quod pinguefacit. Intrinsecus autem, & ex prædictis quædam, & adhæc causa occulta, & toti & parti, & cuidam etiam, cuidam verò minimè. Excretiones secundum naturam, ventris, vrinarum, sudoris, sputi, muci, vteri per ora venarum quæ sunt in ano (hæmorrhoidas vocant) thymum, lepram, tuberculum in cutem sponte erumpens (θύμα dicitur) carcinoma, ex naribus, è pulmonibus, ex ventre, ex ano, ex cole, secundum naturam,
30 & præter naturam horum distinctiones, aliis iuxta aliam rationem, interdum etiam alio modo. Vna horum omnium est natura, & non vna. Multæ horum omnium naturæ, & non vna. Medicamentum purgans sursum & deorsum, & neque sursum, neque deorsum. In alimento medicamentum purgans, optimum, in alimento medicamentum purgans, malum. Malum & optimum ad aliud referuntur. Vlcus, crusta, sanguis, pus, sanies, lepra, furfur, vlcera capitis manantia, impetigo, vitilligo, lentigo, interdum quidem lædit, interdum verò iuuat, est vbi neq; lædit, neq; iuuat. Alimẽtum, minimè alimentum. Nisi alere queat,
40 nomine est alimentum, non re. Re alimentum, nomine non item. Alimentum in pilos, in vngues, & in extimam superficiem ab internis partibus peruenit. Ab externis partibus alimẽtum, ab externa superficie, ad intima peruenit. Confluxio vna, conspiratio vna, consentiẽtia omnia. Ad vniuersam quidẽ totius naturam, omnia, ad particularem verò, partis cuiusq; particulæ ad opus. Principium magnum ad extremam partem peruenit, ex parte extrema ad magnum principium peruenit. Vna natura, esse & non esse. Morborum differentiæ in alimẽto, in spiritu, in calore, in sanguine, in pituita, in bile, in humoribus, in carne, in pinguedine,
50 in vena, in arteria, in neruo, musculo, mẽbrana, osse, cerebro, spinali medulla, ore, lingua, gula, ventriculo,

δυνάμις δὲ ζοφῆς, ἀφικνέεται, καὶ ἐς ὀστέον, καὶ πάμπαν τὰ μέρεα αὐτοῦ. καὶ ἐς νεῦρον. καὶ ἐς φλέβα. καὶ ἐς ἀρτηρίην. καὶ ἐς μυῶν. καὶ ἐς ὑμένα. καὶ σάρκα. καὶ πιμελέν. καὶ αἷμα. καὶ φλέγμα. καὶ μυελόν. καὶ ἐγκέφαλον. καὶ νωτιαῖον. καὶ τὰ ἐντοσθίδια, καὶ πάντα τὰ μέρεα αὐτοῦ. καὶ δὴ καὶ ἐς θερμασίην. καὶ πνεῦμα. καὶ ὑγρασίην. ζοφῆς δ' ὁ μὲν τοῦτο ζοφὴ, καὶ ὁ οἷος ζοφὴ, καὶ ὁ μέλλον ζοφή. ἀρχὴ δὲ πάντων μία καὶ τελευτὴ πάντων μία. καὶ ἡ αὐτὴ τελευτὴ καὶ ἀρχή. καὶ ὅσα κατὰ μέρος ἐν ζοφῇ καλῶς καὶ κακῶς διοικέεται, καλῶς μὲν, ὅσα παρέρηται. κακῶς δὲ, ὅσα τούτοισι τοῦ ἐναντίου ἔχει τάξιν. χυλοὶ ποικίλοι καὶ χρώμασι, καὶ δυνάμεσι, καὶ ἐς βλάβην, καὶ ἐς ὠφελείην. καὶ οὔτε βλάπτει οὔτε ὠφελέει. καὶ πλήθει. καὶ ὑπερβολῇ. καὶ ἐλλείψει. καὶ ἀπλοκῇ. ὧν μὲν, ὧν δ' οὔ. καὶ πάντων ἐς θερμασίην βλάπτει καὶ ὠφελέει. ἐς ψύξιν βλάπτει καὶ ὠφελέει. ἐς δυνάμιν βλάπτει καὶ ὠφελέει. δυνάμιος δὲ, ποικίλαι φύσιες. χυλοὶ φθείροντες καὶ ὅλον καὶ μέρος, καὶ ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν. αὐτόματοι καὶ οὐκ αὐτόματοι. ἡμῖν μὲν, αὐτόματοι. αἰτίην δ', οὐκ αὐτόματοι. αἰτίην δ' οὐ. τὰ μὲν δῆλα. τὰ δ' ἄδηλα. καὶ τὰ μὲν, δυνατά. τὰ δ' ἀδύνατα. φύσις ἐξαρκέει πάντα πᾶσιν. ἐς δὲ τούτῳ ἔξωθεν μὲν, κατάπλασμα. καὶ τάριχευμα. ἄλειμμα. γυμνότης. καὶ σκέπη ὅλου καὶ μέρεος. θέρμη καὶ ψύξις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. καὶ τρῦψις. καὶ ἕλκωσις. καὶ δηγμός. καὶ λίπασμα. ἔνδοθεν δὲ, πιά τε τοῦ εἰρημένων. καὶ ὅθι τύπτει, αἰτίη ἄδηλος, καὶ μέρος καὶ ὅλον. πιά τε καὶ οὐδέν. ἀποκρίσιες κατὰ φύσιν κοιλίης, οὔρων. ἱδρῶτος, πτυάλου, μύξης, ὑστέρης. καὶ αἱμορροΐδα, θύμον, λέπρην, φῦμα. καρκίνωμα. ἐκ ῥινῶν. ἐκ πνεύμονος. ἐκ κοιλίης. ἐξ ἕδρης. ἐκ καυλοῦ. καὶ τὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν. αἱ διακρίσιες τούτων, ἄλλοισι πρὸς ἄλλον λόγον, ἄλλοτε καὶ ἀλλοίως. μία φύσις ἐστὶ τοῦτα πάντα, καὶ οὐ μία. πολλαὶ φύσιες εἰσὶ τοῦτα πάντα, καὶ οὐ μία. φαρμακεῖν αἴω καὶ κάτω. καὶ ὅτε αἴω, οὔτε κάτω. ἐν ζοφῇ φαρμακεῖν, ἄριστον ἐν ζοφῇ φαρμακεῖν, φλαῦρον. φλαῦρον καὶ ἄριστον πρὸς ἕν. ἕλκος. ἐσθλὸν. αἷμα. πῦον. ἰχώρ. λέπρη. πίτυρον. ἀχώρ. λεχρίν. ἀλφός. ἔφηλις. ὁ τὲ μὲν, βλάπτει. ὁ τὲ δὲ, ὠφελέει. ὁ τὲ δὲ, οὔτε βλάπτει, οὔτε ὠφελέει. ζοφὴ καὶ ζοφή. ἐν μὴ οἷόν τε ἦν τρέφεσθαι, ὄνομα ζοφή. ἔργον δὲ, οὐχί. ἔργον ζοφή, οὔνομα δὲ οὐχί. ἐς τρίχας ζοφὴ, καὶ ἐς ὄνυχας, καὶ ἐς τὸν ἐσχάτον ὅθι φανείν ἔνδοθεν ἀφικνέεται. ἔξωθεν ζοφὴ ἐκ τοῦ ἐσχάτου ἐπιφανείης, ἐνδοτάτω ἀφικνέεται. ξύρροια μία. ξύμπνοια μία. ξυμπαθέα πάντα· καὶ μὲν οὐλομελίν πάντα, καὶ μέρος ὁ, τὰ ἐν ἑκάστῳ μέρει μέρεα πρὸς ὃ ἔργον. ἀρχὴ μεγάλη, εἰς ἕκαστον μέρος ἀφικνέεται. ἐκ ἑκάστου μέρεος εἰς ἀρχὴν μεγάλην ἀφικνέεται. μία φύσις εἶναι καὶ μὴ εἶναι. νοῦσοι δὲ διαφοραὶ, ἐν ζοφῇ, ἐν πνεύματι. ἐν θερμασίῃ, ἐν αἵματι. ἐν φλέγματι. ἐν χολῇ. ἐν χυμοῖσι. ἐν σαρκί. ἐν πιμελῇ. ἐν φλεβί. ἐν ἀρτηρίῃ. ἐν νεύρῳ. μυῒ. ὑμένι. ὀστέῳ. ἐγκεφάλῳ. νωτιαίῳ μυελῷ. στόματι. γλώσσῃ. στομάχῳ. κοιλίῃ.

ἐντέρεσι.

ὀντέρισι. φρεσί. παθεσι καὶ ἥπατι. σπλῆνι. νεφροῖσι. κύστει. μήτρῃ. δέρματι. ταῦτα πάντα καὶ καθ' ἕν καὶ τῷ μέρος. μέγεθος αὐτῶν, μέγα καὶ οὐ μέγα. τεκμήρια. [17] γαργαλισμός. ὀδύνη. ῥῆξις. γνώμη. ἱδρώς. ὕπνων ἀπόστασις, ἡσυχίη. ῥιπασμός. ὄψιες. φαντασίαι. ἴκτερος. λυγμός [18] ὑπόληψιν. αἷμα ὀλοφερές. ὕπνος. καὶ ἐκ τούτων καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν τῷ φύσιν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς βλάβην καὶ ἐς ὠφελίην ὁρμᾷ. πόνοι ὅλου, καὶ μέρεος. καὶ μεγέθεος σημήια, τὸ μὲν, ἐς τὸ μᾶλλον, τὸ δὲ, ἐς τὸ ἧσσον. καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ μᾶλλον, καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἧσσον. γλυκὺ, οὐ γλυκύ. γλυκὺ, ἐς δύναμιν. [19] οἷον ὕδωρ. γλυκὺ ἐς γλῶσσαν, οἷον μέλι. σημήια ἑκατέρων ἕλκεα, ὀφθαλμοὶ, καὶ γλῶσσαι. καὶ ἐν τούτοισι τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧσσον. γλυκὺ ἐς τὴν ὄψιν, καὶ ἐν χρώμασι, καὶ ἐν ἄλλοισι μίξεσι γλυκὺ μᾶλλον καὶ ἧσσον. [20] ἀραιότης σώματος ἐς ἀλεξιπτολίν, οἷσι πλέον ἀφαιρέεται, ὑγιεινότερον. πυκνότης σώματος ἐς ἀλεξιπτολίν, οἷσι ἔλαττον ἀφαιρέεται, νοσερόν. οἱ ἀλεξιπτόλεμοι καλῶς, ἀδυνατέστεροι, καὶ ὑγιεινότεροι, καὶ βιαιάσφυκτοι. οἱ ἀλεξιπτόλεμοι κακῶς, πρὶν ἢ νοσέειν, ἰσχυρότεροι· νοσήσαντες δὲ, δυσαιάσφυκτοι. ταῦτα [20] ἢ, καὶ ὅλῳ καὶ μέρει. [21] πνεύμονι ἀναπτίλῳ σώματι τροφὴν ἕλκει. τὰ δὲ ἄνω πάντα τοῦ αὐτοῦ. [22] ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος, ῥῖνες. στόμα. βρόγχος. πνεύμων. καὶ ἡ ἄλλη ἀλεξιπτόλη. [23] ἀρχὴ τροφῆς καὶ ὑγρῆς καὶ ξηρῆς, στόμα. στόμαχος. κοιλίη. [24] ἡ δὲ ἀρχαιοτέρη τροφὴ, ἀλλὰ τοῦ ὀπισθίου, ὀμφαλός. [25] ῥίζωσις φλεβῶν, ἧπαρ. ῥίζωσις ἀρτηριῶν, καρδίη. ἐκ τούτων ἀποπλαταῖαι ἐς πάντα αἷμα καὶ πνεῦμα. καὶ θερμασίη ἀπ' αὐτῶν φοιτᾷ. [26] δύναμις μία καὶ οὐ μία, ἡ πάντα ταῦτα καὶ τὰ ἑτεροῖα διοικέει. ἡ μὲν, ἐς ζωὴν ὅλου καὶ μέρεος. ἡ δὲ, ἐς αὔξησιν ὅλου καὶ μέρεος. γάλα. τροφή. οἷσι γάλα τροφὴ κατὰ φύσιν. ἄλλοισι δὲ οὐχί. ἄλλοισι δὲ οἶσιν, οἶνος τροφή. καὶ οἷσιν οὐχὶ τροφή. καὶ τυρὸς. καὶ ἄλλαι ἰδέαι τροφῆς πολλαί. καὶ τοῦ χώρου καὶ ἐθισμοῦ [27] τρέφεται, τὰ μὲν, ἐς αὔξησιν, καὶ ἐς τὸ εἶναι. τὰ δὲ, ἐς τὸ εἶναι μόνον. οἷον γέροντες. τὰ δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ ἐς ῥώμην. [28] ἀλάθησις ἀθλητικὴ, οὐ φύσει. ἕξις ὑγιεινὴ χρείαων ἐν πᾶσι. [29] μέγα τὸ πρῶτον βιοῦται ἐς δύναμιν ἐναρμοσθέν. γάλα καὶ αἷμα, τροφῆς πλεονασμός. [30] πρόοδοι ἐς πολλὰ σύμφωνοι, ἐς ἔμβρυον καὶ ἐς τὴν τούτου τροφήν. αὖθις δὲ ἄνω ῥέουσι ἐς γάλα, καὶ ἐς τροφήν, καὶ ἐς βρέφος. [31] ζωοῦται τὰ μὴ ζῶα. ζωοῦται τὰ ζῶα. ζωοῦται τὰ μέρεα τῶν ζώων. [32] φύσιες πάντων ἀδίδακτοι. αἷμα ἀλλόφυλον, ὠφέλιμον. αἷμα ἴδιον, ὠφέλιμον. αἷμα δηλότερον, βλαβερόν. αἷμα ἴδιον, βλαβερόν. χυμοὶ ἴδιοι, βλαβερά. χυμοὶ ἀλλόφυλοι, βλαβεροί. χυμοὶ ἀλλόφυλοι, ξυμφέροντες. χυμοὶ ἴδιοι, ξυμφέροντες. τὸ ξύμφωνον, διάφωνον. τὸ διάφωνον, ξύμφωνον. γάλα δηλότερον, ἀγαθόν. γάλα ἴδιον, βλαβερόν. γάλα δηλότερον, βλαβερόν. γάλα ἴδιον, ὠφέλιμον. σιτίον νεοισιν. [33] ἀκροσαπές. γέροντι δὲ ἐς τέλος μεταβεβληκυῖαν. ἀκμάζουσιν ἀμεταβλητον. [34] ἐς τύπωσιν, λε', ἥλιοι. ἐς κίνησιν, ο'. ἐς τελειότητα, οι'. ἄλλοι φασὶ ἐς μορφὴν, με'. ἐς κίνησιν, ος'. ἐς ἔξοδον οι'. ἄλλοι, ν' ἐς ἰδέαν.

intestinis, septo transuerso, abdomine, iecore, liene, renibus, vesica, vtero, cute, hæc omnia tum sigillatim, tum per partes. Magnitudo ipsorum magna & non magna. Indicia, titillatio, dolor, ruptio, mens, sudor, vrinarum sedimentum, quies, iactatio, visus, imaginationes, morbus regius, singultus, morbus comitialis, sanguis integer, somnus. Et ex his, & ex aliis quæ insunt à natura, & quæcunque eiusmodi ad noxam & vtilitatem tendunt. Labores totius & partis, & magnitudinis signa, alterius quidem ad maius, alterius verò ad minus, & ex vtrisque ad maius, & ex vtrisq; ad minus. Dulce non dulce. Dulce facultate, velut aqua, dulce gustu, velut mel. vtrorumque signa, vlcera, oculi, & gustus, & in his magis & minus. Dulce ad aspectum & in coloribus, & in aliis mixturis, dulce magis & minus. Corporis raritas ad perspirationem, quibus ampliùs aufertur, salubrior. Corporis densitas ad perspirationem, quibus minùs aufertur, insalubrior. Quibus corp° probè perspirat, ij imbecilliores & salubriores existunt, promptéq; restituuntur. Quibus malè perspirat, ij priùs quàm ægrotent, robustiores sunt, cùm verò in morbum inciderunt, egrius restituuntur. Hæc autem & toti & parti attribuuntur. Pulmo contrarium corpori alimentum trahit, & reliqua omnia idem. Alimenti spiritus principium nares, os, guttur, pulmo, reliquaque perspiratio. Alimenti tum humidi tum sicci principium os, gula, ventriculus. At antiquius alimentum per abdomẽ, vmbilicus. Venarum origo tanquàm radix, hepar esti & arteriarum, cor. Ex his per omnia sanguis & spiritus peruagatur, calorq; per hæc permeat. Facultas vna & non vna, ex qua hęc omnia, & ab his diuersa administrantur. Alia quidem ad totius & partis vitam, alia verò ad sensum totius & partis. Lac alimentũ. quibusdã pro natura lac alimentum est, aliis verò minimè. Sunt quibus vinum alimentum est, sunt quibus non est. Et carnes multæque aliæ alimenti formæ, & pro regione, & pro consuetudine. Aluntur hæc quidem ad incrementum, & vt subsistant, hæc verò tantum vt subsistant, veluti senes, alia insuper ad robur. Affectio athletica non est à natura. præstat in omnibus habitus salubris. Quantitatem aptè ad vires accommodatam recta coniectura consequi, ardua res est. Lac & sanguis, alimenti redundantia. Circuitus ad multa consentiunt, ad fœtum, & ad illius alimentum. Rursus autem sursum repit, in lac & in alimẽtum, & ad infantem. Vitam habent non animantia, vitã habent animãtia, & animantiũ partes. Omniũ naturæ à nullo edoctæ sunt. Sanguis alienus vtilis, sanguis pprius vtilis. sãguis alienus noxius, sãguis pprius noxius. Humores proprij noxij, humores alieni noxij. Humores alieni conferentes, humores proprij conferentes. Consentiens, minimè consentiens. Dissentiens minimè dissentiens. Lac alienũ probũ, lac proprium noxium. Lac alienũ noxium, lac proprium vtile. Cibus iuuenibus leniter coctus, senibus extremè immutatus, in ætatis vigore constitutis minimè immutatus. Ad conformationem, Soles triginta quinque; ad motionem, septuaginta; ad perfectionem, ducenti & decem. Alij tradunt, ad formam, quadraginta quinque; ad motionem, sex & septuaginta; ad exitum ducẽtos & decẽ. Alii ad speciem, quinquanta; gi

ad primum ſaltum, centum; ad perfectionem, trecenti. Ad diſtinctionem, quadraginta; ad tranſitionem, octoginta; ad elapſum, ducẽti quadraginta. Non eſt, & eſt. In his autem temporibus, & ex toto, & ex parte, plures & pauciores naſcuntur, neque verò multò plures quàm pauciores. At pauciores tot, & quæcunque alia his ſimilia. Oſſium alimentum ex fractura. Naſo bis quinque dies debentur: maxillæ & clauiculæ, & coſtis, bis totidem: cubito, triplices: tibiæ & brachio, quadruplices: femori, quintuplices, & ſi quod in his plus aut minus poteſt. Sanguis humidus, & ſanguis ſolidus. Sanguis humidus, probus, ſanguis ſolidus, vitiatus. Proba omnia & vitioſa ad aliquid referri debent. Via ſurſum deorſum vna. Alimenti facultas mole præſtantior, alimenti moles facultate præſtantior, & in humidis, & in ſiccis. Detrahit & apponit idem, huic quidem detrahit, illi verò apponit idem. Venarum pulſationes & ſpiritus reſpiratio, pro ætate conſentiunt & diſſentiunt, & morbi & ſanitatis ſunt indicia, magisque ſanitatis quàm morbi, & morbi magis quam ſanitatis. ſpiritus enim etiam alimentum eſt. Humidius alimentum faciliùs quàm ſiccum immutatur. Siccum alimentum faciliùs quàm humidum immutatur. Quòd ægrè immutatur, ægrè conſumitur. Quòd facile apponitur, facilè conſumitur. Qui celeri appoſitione indigent, iis humidum medicamentum ad reſumendas vires optimum. Qui verò adhuc celeriore, per odoratum. At qui tardiore appoſitione opus habent, iis ſolidus cibus exhibendus. Muſculi ſolidiores ægriùs reliquis colliqueſcunt, excepto oſſe & neruo. Quæ exercitata ſunt ægrè immutantur, ipſaque in ſuo genere ſeipſis, quàm pro natura, valentiora ſunt, ideo ipſa inter ſe ægriùs colliqueſcũt. Pus ex carne, purulentum ex ſanguine, & ex reliquo humore. Pus vlceris alimentum, pus venæ & arteriæ alimentum. Medulla oſſis alimentum, ideò callo firmatur. Facultas omnia auget, & alit, ac propagat. Humiditas alimento vehiculum præbet.

ἐς τρεῖς ἄλμα, ῥ. ἐς πηλήκοντα, τ'. ἐς ἀφάκριστιν, μ'. ἐς μεταβάσιν, π'. ἐς ἔκτασιν, σμ'. οὐκ ἔστι καὶ ἔστι. γίνεται δὲ ἐν τούτοισι καὶ πλέω καὶ ἐλάσσω. καὶ ὅλον καὶ κατὰ μέρος. οὐ πολλὸν δὲ πλείω ἢ ἐλάσσω. τὰ δὲ ἐλάσσω τοσαῦτα, καὶ ὅσα διὰ τούτοισιν ὅμοια. Ὀστέων τροφὴ ἐκ κατήξιος ῥινὶ δὶς πέντε. γνάθῳ καὶ κλείδι καὶ πλευρῇσι διπλάσια. πήχει, τριπλάσια. κνήμῃ καὶ βραχίονι, τετραπλάσια. μηρῷ, πενταπλάσια. καὶ εἴτι ἐν τούτοισι δυνάται πλέον ἢ ἔλασσον. αἷμα ὑγρὸν, καὶ αἷμα στερεόν. αἷμα ὑγρὸν, ἀγαθόν. αἷμα στερεόν, φλαῦρον. πρόσω τι πάντα, φλαῦρα καὶ ἀστεῖα. ὁδὸς αἴω κάτω μίη. δυνάμις τροφῆς κρέσσων, ἢ ὄγκος. ὄγκος τροφῆς κρέασσον, ἢ δυνάμις. καὶ ἐν ὑγροῖσι καὶ ἐν ξηροῖσιν ἀφαιρεῖ καὶ προστίθησι τοῦτο αὐτὸ τῷ μὲν, ἀφαιρεῖ. τῷ δὲ, προστίθησι τὸ αὐτό. φλεβῶν σφύξιες καὶ ἀναπνοὴ πρὸς ἡλικίαν. καὶ ξύμφωνα καὶ διάφωνα. καὶ νόσου καὶ ὑγείης σημήια. καὶ ὑγείης μᾶλλον, ἢ νόσου. καὶ νούσου μᾶλλον, ἢ ὑγείης. τροφὴ πνεῦμα. ὑγρὴ τροφὴ μεταβολῆς μᾶλλον, ἢ ξηρή. ξηρὴ τροφὴ μεταβολῆς μᾶλλον, ἢ ὑγρή. ἢ δυσαλλοίωτος, δυσεξαιδήωτος, ἢ βιαιοτέρως, διεξαιδήωτος. καὶ ὁκόσοισι παχείης προσδέησις δέονται, ὑγρὸν ἧμα εἰς ἀνάληψιν δυνάμιος κράτιστον. ὁκόσοι δὲ ἐπὶ τὸ χεῖρον, δι' ἰσοφρήσιος. ὁκόσοισι δὲ βραδυτέρης προσδέησις δέονται, στερεῇ τροφῇ. μῦες στερεώτεροι, δυσδίκητοι τῶν ἄλλων, πάρεξ ὀστέου καὶ νεύρου. δυσμεταβόλητα τὰ γεγυμνασμένα, καὶ ἥλιος αὐτὰ αὐτῶν ἰσχυότερα τοῦ ὄντος, διὰ τοῦτο αὐτὰ ἑαυτῶν δυσκινητότερα. πῦον ὁ μὲν κρεῶν. πυῶδες δὲ ἐξ αἵματος, καὶ ἐξ ἄλλης ὑγρασίης. πῦον τροφὴ ἕλκεος. πῦον, τροφὴ φλεβός. ἀρτηρίης. μυελὸς, τροφὴ ὀστέου, διὰ τοῦτο ὅτι πυκνοῦται. δυνάμις πάντα αὔξει, καὶ τρέφει, καὶ βλαστάνει. ἰσχνασίη, τροφῆς ὄχημα.

# ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ.

# HIPPOCRATIS DE RATIONE VICTVS IN MORBIS ACVTIS, LIBER.

QVI Cnidias appellatas ſententias ſcriptis tradiderunt, ij ſanè quæ in ſingulis morbis ægri patiuntur, & quomodo eorum nonnulla ipſis eueniant, rectè conſcripſerunt, & huc vſque quidem quæ quiuis etiam Medicinæ ignarus, rectè ſcribere potuerit, ſi probè ex vnoquoque ægro quæ patiatur intellexerit. At quæcumque Medicum non referente ægro præteriſſe oportuit, ea magna ex parte prætermiſſa ſunt, quædam in quibuſdam, nonnullaque ad coniecturalem cognitionem valde accommodata. Cum verò ad coniecturalem cognitionem referatur,

Οἱ ξυγγράψαντες τὰς κνιδίας καλεομένας γνώμας, ὁκόσα μὲν πάσχουσι οἱ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νουσημάτων, ὀρθῶς ἔγραψαν, καὶ ὁκοῖόν τι ἔνεστι ἀπιδεῖν αὐτέων, καὶ ἄχρι μὲν τούτων καὶ μὴ ἰητρὸς ἂν δύναιτο ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ δὲ τοῦδε τοῦ καμνόντος ἑκάστου πυθοίατο, ὁκόσα πάσχοιεν. ὁκόσα δὲ προσκαταμαθεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τούτων τὰ πολλὰ παρεῖται, ἄλλα ἐν ἄλλοισι, καὶ ὑπόλοιπα ἔνια ἔοντα, ἐς τέκμαρσιν. ὁκόταν δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται,

ὡς